



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

I. Markgraf Otto verschreibt der Stadt Berlin die Niederlage, die Grundzinsen und den Zoll von Holzflößen und Schiffen, die durch Fürstenwalde und Köpnick gehen, am 28. September 1298.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54734](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54734)

XXXIII.

Stadt Köpnic.

- I. Markgraf Otto verschreibt der Stadt Berlin die Niederlage, die Grundzinsen und den Zoll von Holzflößen und Schiffen, die durch Fürstenwalde und Köpnic gehen, am 28. September 1298.

In nomine domini Amen. Cum processus temporum successiuus aboleat facta presentium et tollat memoriam futurorum, expedit, ut quod fragilitati deest humane, suppleat peritia testium et testimonium scripturarum. Hinc est, quod nos Otto, dei gratia Marchio Brandenburgensis, presentis scripti continentia palam facimus vniuersis, quod intuentes, considerantes et apprehendentes sincere fidelitatis affectum et integre fidei puritatem, qua discreti viri consules et communitas ciuium in Berlin, fidelium dilectorum nostrorum, nobis hactenus complacere affectuosa fedulitatis constantia consueuerunt, ipsis et dicte eorum ciuitati appropriauimus et conferimus libertates, gratias et consuetudines ab antiquis ante hec principibus traditas et concessas ac specialiter omnia ac singula municipalia iura, que Nedderlage nominantur, in Berlin et in Cölne ab omnibus et singulis bona sua deponentibus percipienda, censusque manorum, arearum ac locorum forensium tempore nundinarum proprie Stedepeninghe ibidem pacifice absque molestatione qualibet perpetuis temporibus iusto proprietatis titulo possidendos. Insuper recognoscimus lucide protestantes in his scriptis, quod predictis nostris dilectis Consulibus et eorum communitati in Berlin vendidimus theloneum, quod nos et progenitores nostri percipere consueuimus annuatim de lignis deducendis per oppidum Kopenick, que Vlôte vulgariter nuncupantur, et nauibus quibuslibet, que hactenus theloneum soluere consueuerant, que inter aggerem molendinorum Berlip, Fürstenwalde et Köpnic deuehuntur, pro ducentis et viginti talentis Brandenburg. monete vsualis et communis, de qua pecunie summa nos contentos reputamus vtpote nobis in numerata pecunia a dictis nostris burgenlibus perfoluta, quod theloneum sepeditis nostris burgenlibus contulimus perpetualiter iure proprio possidendum, nos, heredes nostros et quoslibet successores super omnibus et singulis premissis iugiter obligantes. In cuius rei euidentiam presentem literam scribi fecimus sigilli nostri munimine roboratam. Acta sunt hec anno domini M. CC. LXXXVIII. in vigilia S. Archangeli Michaelis, presentibus his dominis Bernhardo Strele, domino Henningo de Nouo Gatersleben, domino Thiderico Sparre, domino Henrico Wesando ac domino Boldeuino Stormero pincerna et aliis quam plurimis fide dignis.

Nach einer Copie des im Berliner Rathes-Archive befindlichen Originals.